

leiben. Frater Henricus de Nurenberc. Actum in opido nostro Honbure anno gracie
M. CC. XXXIII., viii. idus novembris, indictione viii.

(SFR.)

(SD.)

518.

5 Graf Friedrich von Brehna giebt auf Bitte seines Verwandten, des Markgrafen Heinrich, seine
Genehmigung zur Schenkung verschiedener Güter zu Schleuskau, Pichen, Zwickau und Eisenberg
Seitens des letzteren an das Kloster Eisenberg. — Zeugen: Landgraf Heinrich und sein Bruder
Pfalzgraf Konrad. 1234 Nov. 13.

10 Gedr.: Gotter, Kurze doch zuverlässige Nachricht vom Nonnen-Closter Eisenberg 56 (A). — Gschwend, Eisenberg.
Chronika 659 (B). — Schultes, Diplom. und statist. Nachr. von der Kreis-Stadt Eisenberg 220 (C).

In nomine sancte et individue trinitatis. Theodoricus^{a)} dei gratia comes de Brenen
universis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam felices sunt, qui memorie operibus in-
serviunt, ideo ad petitionem dilecti cognati nostri Henrici illustris marchionis Misnensis,
cuius successio hereditatis ad nos spectabat, dedimus eidem consensum, quod de patri-
15 monio suo contulit ecclesie sanctimonialium in Ysenberg, que in fundo suo sita est, unam
vineam in Sluskowe cum tribus mansis et dimidio ad culturam vinee deputatis et insuper
unum mansum in eadem villa, in Pichene tres mansos et dimidium cum duobus virgultis,
item in Zwikowe tertiam partem mansi, qui len dicitur in vulgari, et in Ysenberg
allodium Iohannis Sagittarii. Huius nostri consensus testes sunt: Henricus tunc temporis
20 Thuringie landgravius et Cunradus frater eius Saxonie palatinus. Heidenricus de Corun.
Ulricus de Pac. Wichmannus^{b)} de Nunnewiz. Henricus dapifer. Henricus marschalcus.
Cunradus camerarius. Albertus^{c)}. Datum anno domini M. CC. XXXIV., idus novembris.

519.

Bischof Ekkehard von Merseburg übernimmt Bürgschaft für Siegfried, Burggrafen von Leisnig,
25 bei Merseburger Juden und läßt sich für die Dauer derselben die Domvogtei resigniren.

Lausa, 1234 Nov. 15.

Hdschr.: Kopia! Perg. No. 118 (Saec. XV in.) fol. 56 Staatsarchiv Merseburg.

Ekehardus dei gracia episcopus, R[udolphus] prepositus totumque Mersburgensis
ecclesie capitulum universis Christi fidelibus presentis temporis et futuri, ad quos pervenerit
30 presens scriptum. Noverint omnes presentem paginam audituri, quod ad interventum
instantem nobilis viri Sifridi burgravii de Liznic tam per se quam per alios exhibitum

518. a) Theodericus A. b) Wicmannus A. c) Albertus fehlt B C.